

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 215. Confessarius pœnitentem obligare potest ad satisfactionem ex parte, vel ex toto implendam ante absolutionem, dum id ipsius curationi spirituali judicat expedire.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

lariter non prius absolvabantur, quam satisfactio-  
nem canonicanam, magna scilicet ex parte, imple-  
vissent; ut constat ex dictis cap. 15. & seqq. Ista  
res disciplinae fuit, quae & ant quatuor varia fuit, &  
ab Ecclesia iustis de causis mutari potuit, uti re-  
vera mutata est, tacito silem consensu. Hodie-  
na quippe disciplina est, ut verè poenitentibus an-  
ticipetam satisfactionem ab soluto upsursum  
impendatur. Nec hoc reprehendi potest, cum nulli  
la lege, vel auctoritate, vel ratione ostendi possit,  
satisfactionem absolutione esse necessariò premit-  
tendam ex institutione Christi, vel ex natura hu-  
ius Sacramenti; immo oppositum consilium ex dam-  
natione hujus propositionis Petri de Olmi à Sixto  
IV. & Concilio Complutensi: non peracta pa-  
nitentia, conscientes absolvendi non sunt, necon-  
ex damnatione sequentium propositionum ab A-  
lexandro VIII.

*Ordinem præmittendi satisfactionem absolutioni  
induxit, non politia, aut institutio Ecclesie, sed ip-  
sa Christi lex & prescriptio, natura rei id ipsum  
quod immo dictante.*

Per illam præmixta mōs absolvendi, ordo poen-  
tentiae est inversus.

*Conscutio moderna, quoad administrationem  
Sacramenti Poenitentiae, etiam si eam plurimorum  
hominum sustentis auctoritas, & multo tempore  
disturnata confirmet; nihilominus ab Ecclesia non  
habetur pro iūi, sed pro absu-*

*Denique hanc propositionem: executo peni-  
tentie, seu satisfactionis imposita, necessario ex in-  
stitutione Christi, ac invariabilis natura Sacra-  
menti, ita prærequisitus absolutioni, ut aliqui abso-  
luto non sit valida, nisi ejusmodi satisfactione prius  
completa fuerit: Facultas Parisiensis damnavit, ut  
temeraria, & hereticam, & à Sisto IV. contra  
Petrum de Olmi, illiusque sequaces prædamnam. Pro-  
ficitur validam esse ab solutionem ante peractam  
satisfactionem, Tridentinum supponit, dum  
Iess. 6. c. 14. pte mentis partes ito ordine enu-  
merat: contrito, confessio, absoluto, satisfatio,  
non quidem pro pena eterna, que vel Sacramento,  
vel Sacramenti voto, una cum culpa remittitur.  
Aperie quippe supponit, ante satisfactionem, Sa-  
cramentum jam validum esse & fructuosum, ut  
pote quo pena eterna una cum culpa remittitur.*

## CAPUT CCXV.

*Confessorius poenitentem obligare posset ad sa-  
tisfactionem ex parte, vel ex toto implendam  
ante ab solutionem, dum id ipsius curacioni  
spirituali judicat expedire.*

*T*amecum enim veterem disciplinam universim  
instaurare, non sibi prælatorum hominum,  
sed Summorum Pontificum, vel Conciliorum  
Generalium; nihilominus cum Christus de tem-  
pore implenda satisfactionis nihil proceperit; nec  
Ecclesia universim judeat poenitentem absolvantem  
ante peractam satisfactionem; nec ab solutionem  
usque ad eam peractam diffari prohibeat; nihil  
est quod prohibeat Confessorius id facere, dum  
curacioni spirituali poenitentium rationabiliter ju-  
dicat id expedire. Quod profecto rationabiliter  
judicat, quando merito timet poenitentem, nunc  
absolutum, facilè relapsurum, nisi teritus dilatio-  
ne absolutionis, & interim iustus peragere opera  
laboriosa satisfactionis, tandem ad se reversus,  
gravitatem peccati, emendationisque necessitatem  
agnoscat. Ego (inquit Ariaga de poenit. disput.  
38. n. 39.) dico possum, me multoties cum ali-  
quibus juvenibus hoc remedio usum, & feliciter  
illud mihi successisse.

Id etiam rationabiliter judicat, dum poenitens  
impositam sibi satisfactionem, post acceptam ab-

solutionem, non semel neglexit, ut ab absolutione  
dilatatione compulsa dicat amplius non negligere.  
Idem est dum merito timetur negligetur.

Id denique rationabiliter judicat, dum, sive ob  
frequentem, festinum, & facilem relapsum, sive  
aliam ob causam ipsi his & nunc merito suspecta est  
sufficiens contritio poenitentis. Tunc enim neceste  
est ut eam diligenter explore, non solum attendendo  
ad confessionem poenitentis, & ad verba  
promittentis (abique uero fructu sapientia facta)  
sed & ad fletus, & lachrymas, & opera corrigen-  
tis. Aliam enim merito dicere potest cum Grego-  
rio: *Confessionis verba quid sunt alia nisi folia?*  
& subiungere, veram poenitentiam non ex foliis,  
sed ex fructibus emendationis, & satisfactionis  
cognosci, prout multis argumentis demonstratum  
est supra.

Neguis vero existimet, praesentem affercionem

esse singularem, legat, si libet, Cardinalem de  
Lugo de poenit. disp. 14. Iest. 10. ubi commun-  
item effe dicit Thelogorum doctrinam, quod  
posset Confessorius aliquando obligare poenitentem,

ad implendam poenitentiam ante ab solutionem. Quod  
licet non posset facere per modum vindictæ & pu-  
nitionis; potest scilicet facere per modum medicinæ,

quando iudicat id esse necessarium; vel utile poenitentem,

ex eo quod soleat facile omittere poenitentias

postea fibi iniungat, vel ut Confessorius certus sit de  
poenitentia implera, vel ob diuersos fines. De eadem

communi doctrina testatur Joannes Boſco Theol.

Sacram. p. 3. disp. 7. de Sacramento Poenit. Iest.

4. conclus. 11. n. 198. pro ea nominatum referens

Suarez, Reginaldum, Fillitum, & Bonac-

nam.

Denique quod absolutione usque ad peractam

poenitentiam diffiri posst, etiam ad exploran-

dam poenitentis contritionem, idque expediens

est, dum poenitens in eadem sepe peccata relap-

sus est, docet novissime Natalis Alexander Theol.

Dognat. & Moral. to. 4. l. 2. c. 6. a. 6. regul. 4.

per totam.

## CAPUT CCXVI.

*Absolutionis sacramentalis natura exponitur.*

*Exposita materia, seu partibus materialibus Sa-  
cramenti Poenitentiae, exponenda superest for-  
ma ejudem, videlicet absolutione, que, ut Tri-  
dentinum definit sess. 14. c. 6. quavis alieni  
divini utique, beneficii sit dispensatio, tamen non  
est solum iudicium ministerium, vel annuntiandi E-  
vangeliū, vel declarandi remissa esse peccata, sed  
ad instar actus judicialis, quo a ipso (Sacerdoti)  
velut a Jure, sententia pronuntiantur.*

Itaque absolutione est sententia definitiva remis-  
sionis peccatorum, a legitimo Ministro prolatā  
super poenitentem, rite contritum & confessum.  
Consistit in his verbis: *Ego te absolvere a peccatis  
tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus San-  
cti. Amen.* prout habetur in Rituale Romano.  
Unde dici non debet (ut aliqui dicunt) ab omni-  
bus peccatis tuis. Quia Rituale reformatum tu-  
tulit voculum *omnibus*. Non enim Sacerdos ab-  
solvit ab omnibus venialibus; cum nec omnia  
poenitens confiteatur, rarissimeque habeat affec-  
tum ab omnibus deputatum. Dicci etiam non debet,  
a peccatis tuis contritis, confessis, & oblitis.  
Quia *ly contritis*, intellectum de contritione per-  
fecta, male additur: cum sufficiat contritio im-  
perfecta. Illa vero, confessis & oblitis, superflua  
sunt. Quia *ly confessi* satis significatur per circum-  
stantiam configurantem. *Reliqua vero peccata  
qua diligenter cogitanti non occurunt, in univer-  
sum eadem confessione inclusa esse intelligantur*, ait  
Tridentinum sess. 14. c. 5. Et idem Romana Ec.

Fff 3